I N D E X.

Cap.20.*num*.17.*Additus fuit*, Cabreros de metu

Cap.21.*num*.222.*Citatus fuit novè*, Cabreros de metu.

Cap.22.*num*.4.*Additus fuit*, Rota *num*.30. *Additus fuit*, Cabreros de metu, *num*.39. *Etiam*, Thomas Sanchez, *num*.52, Guzman *verit.iuris*.

Cap.23.*num*.6.*Additum fuit*, *cap.quoniam contra*, &, *cap. cumparatis 9.De appellat.* & *num*.17. Maſcardus *de probat*.

Cap.24.*num*.11.*Additur*, *reditur enim*, *ibi teſtamentum.vſque ad finem*, *num*.

Cap.25.*num*.2.*Citatur novê* Cardoſus, *num.verô* 8.*etiam citatur* Gratianus, *num*.26. Guzman *veritat.iuris*.

SOLI DEO HONOR, ET GLORIA.

IHS

TRACTATUS DE PERFECTIONE VOLUNTATIS TESTAMENTO REQUISITA.

CAPUT I.

DE QUADRUPLICI TESTAMENTI Perfectione ſecundum Baldum in l. 1. ff. de Teſtam. & de recta diviſione Immolæ in Perfectionem Voluntatis, & Solemnitatis; & de præcipua, quæ reſultat ex Voluntate perfecta teſtatoris, qua deficiente, licèt ritè & Solemniter conditum invalidum ſit Teſtamentum. Et de utilitate huius Tractatus, atque Authoribus illum exornantibus.

SUMMARIUM.

TEſtamento nil gravius eſt in publicis, & nil firmius in privatis. Num. 1.

Reipublicæ expedit ſuprema hominum iudicia exitum habere. 2.

Arbitrium morientis ratum debet eſſe. 3.

Ad teſtamenti perfectionem multa excogitata ſunt. 4.

Falſitas in Teſtamentis vitari debet. 5.

Teſtamentorum diverſas ſpecies cognovit Antiquitas, &

diverſis ſolemnitatibus formabantur. 6.
Solemnitates teſtamentoru m non vnas admiſsit quælibet Gens, & Provincia. 7
In Teſtamentis ſervanda eſt ſolemnitas, quę requiritur in loco vbi facta ſunt. 8.
Voluntas teſtatoris cauſa efficiens Teſtamenti eſt, & ſine illa apud omnes Gentes Teſtamentum nullum eſt. 9.
Teſtamentum voluntatis eſt ſententia, & partus. 10.
Libertas teſtandi hominibus iure gentium, & naturali competit. 11.
Teſtamentum ritè factum ſi in eo deficiat voluntas nullum eſt. 12.
Teſtamentū metu factum ex defectu voluntatis nullū fit. 13.
Metus excludit conſenſum. ibidem.
Teſtamentum factum per errorem ex defectu voluntatis invalidum eſt. 14.
Error excludit conſenſum. 15.
Teſtamentum primum habens clauſulam derogatoriam nō rumpitur per ſecundum, niſi in eo ſpecialiter exprimat teſtator ſe prioris voluntatis pœnituiſſe. 16.
Voluntas ſi non eſt perfecta nec teſtamentum perfectum eſt. 17.
Perfectum dicitur, quod ex omnibus partibus conſtat. 18.
Perfectio teſtamenti quadruplex eſt ſecundum Baldum. 19.
Perfectio prima teſtamenti conſiſtit in voluntate, & nominatur perfectio voluntatis. 20.
Perfectio ſecunda teſtamenti conſiſtit in hæredis inſtitutione, & dicitur perfectio ſubſtantialis, ſivè formalis. 21.
Perfectio tertia teſtamenti in ſolemnitate adhibenda verſatur, & nuncupatur perfectio ſolemnitatis, & diligentia legum. 22.
Perfectio quarta teſtamenti verſatur circa confirmationem, & effectum illius, & nominatur perfectio vltima. 23.
Morte teſtantis teſtamentum confirmatur. 24.
Additio hæreditatis vltima perfectio eſt teſtamenti. 25.
Baldum teſtamenti perfectiones deſcribentem plures ſecuti ſunt Authores qui referuntur. 26.

Immola teſtamenti perfectionem duplicem tantum conſtituit ratione voluntatis, & ratione ſolemnitatis. 27.
Immolæ diviſio circa teſtamenti perfectionem communiter recepta eſt, & probatur. 28.
Perfectio teſtamenti omnium prima, & præcipua eſt, quæ ex teſtantis voluntate pendet. 29.
Teſtamentum teſtatio mentis eſt, & iuſta ſententia voluntatis. 30.
Voluntas totum in teſtamentis facit, & vt regina dominatur, primum locum obtinet, & ad vnguem eſt ſervanda. 31. & 32.
Brevitate gaudent Moderni. 33.
Quintiliani ſententia erga brevitatem in ſcriptis traditur. 34.
Materia perfectionis, & imperfectionis voluntatis eſt frequens, & practica. 35.
L. legavi. 24. ff. de liberat. legat. traditur. 36.
Teſtamentum perfectum ratione voluntatis, & imperfectum ratione ſolemnitatis, & contrario perfectum ratione ſolemnitatis, & imperfectum ratione voluntatis non eſt novum genus teſtamentorum de ijs, quæ in vſu ſunt. 37.
Perfectio voluntatis maximè relucet in alijs Regnis, & Provincijs vbi diverſa teſtamentorum genera dantur, vt in Catalonia in teſtamento Sacramentali. 38.
Teſtamentum Sacramentale vnde dicatur. 39.
Iuramentum Sacramentum appellatur. ibidem.
Teſtamenti forma duplex eſt, ſubſtantialis, & probatoria, & hæc relaxatur in aliquibus caſibus, ſubſtantialis verò minimè. 40.
Diſpoſitio iuris Civilis circa voluntatem formam ſubſtantialem teſtamenti ſervatur quo ad omnia teſtamenta, & in noſtro Regno eſt in viridi obſervantia. 41. & 42.
Materia perfectionis, & imperfectionis volūtatis traditur præcipuè à Iavoleno Iurecōſulto, & enumerantur textus ex iure Civili, Canonico, & Regio vbi materia hæc tractatur, & referuntur Authores ordinarij, qui eam exponunt, & omnes ferè ex Cōſulētibus, Deciſionibus, & tractatibus, qui de illa ſcripſerūt, fideliter deſcribūtur. 43. 44. 45. & 46.

1 CVM in publicis acti-
bus nihil lege publi-
ca gravius in privatis nihil
firmius ſit teſtaméto, vt *Ci-
cero Philip.* 2. adnotat, quippè
tendat in publicam, & ſingu
lorum vtilitatem, expedit
enim Reipublicæ ſuprema
hominum Iudicia exitum
habere. *l. vel negare. 4. ff. quem
admodum teſtam. aperiant* Et
2 quantum fieri poſsit, ratum
ſit, ſupremum animam iam
iam efflátis arbitrium. *l. 1. C.
de ſacroſ. Eccleſ. Authent. de
nuptijs, §. diſponat, collat.* 4. Pe-
3 trus Gregor. *lib. 41. Syntagm.
cap.* 1. Menchaca *de ſucceſſ.
creat. lib. 1. §. 1. ex num. 5. D.*
Melchor de Valétia *illuſtriũ,
lib. 3. de acquirenda hæreditate,
cap.* 1. Cabreros *de metu lib. 2.
cap. 20. ex num.* 7. Primi le-
4 gum conditores, & deinde
omnes, quibus Rempubli-
cam gubernare, & leges no-
vas edere munus fuit, multa
ad teſtamenti perfectionem
excogitarunt. Tùm propter
5 falſitates vitandas, vt *in l. fin.
& in l. iubemus. C. de teſtamen-
tis, & in l. fin. C. de fideicommiſ-
ſis*, notat And. Robert. *rer.
iud. lib. 2. cap. 10. pag.* 438.
6 Tùm propter diverſas teſta-
mentorum ſpecies, qualita-
tes, & ſolemnitates, quæ ad
vniuſcuiuſque conſtructio-
nem, & perfectionem fuerũt
deſignatę; vt benè explicat
Cabreros *d. cap. 20. à num.* 12.
cum ſeqq. Et tradunt Vaco-
nius à Vacuna *lib. 1. Declarat.
cap.* 16. Briſonius *li. 1. ſelectar.
cap.* 7. Alexander ab Alexan-
dro, *lib. 4. ca.* 3. vbi in Scholijs
plures recenſet *Tiraquellus*,
Aulus Gelius, *lib. 15. Noct.
Atticar. cap.* 27. Corraſius
Miſcellan cap. 12. Forcatulus
Dialog. 14. Conanus *lib. 9. Cō-
ment. cap. 1. n.* 4. Oſſualdus ad
Donellum, *lib. 6. cap. 6. litt. B.*
7 Tùm etiam, quia quælibet
Gens, & Provincia vſque in
diem non vnas admiſsit ſo-
lemnitates; vt doctè annota-
vit Burgos de Paz *in l. 3. Tau
ri ex num* 1. *vſque ad nu.* 13. vbi
ſolemnitates, quibus teſta-
menta conduntur in multis
Regnis, & Civitatibus tra-
dit, vt in Luſitania, Arago-
nia, Navarra, Gallia, Burgũ
dia, Venetia, Florentia, Can-
tabria, & in Civitatibus Bar-
chinonę, Pariſij, Senis, Me-
diolani, Lucanæ, Toloſæ, &
8 Ferrariæ. Vnde evenit in
teſtamentis ſervandam eſſe
ſolemnitatem illam, quę re-
quiritur in loco vbi facta
ſunt, *l. 2. C. quēadmodũ teſtam.
aper. l. ſi nō ſpeciali. C. de teſtam.*
Bar-

Bartolus *in l. 1. C. de Summa
Trinitate, & fide Cathol.* Anto-
nius Gomez *in l. 3. Tauri nu.*
20. Tellus Ferdinand. *ibid. 2.
part. num. 1. 2. &* 3. Ciſuentes,
nu. 23. Burgos de Paz, *num.*
387. Socin. Iun. *conſ. 99. nu. 4.
volum.* 2. Roland. à Valle, *conſ.
24. volum.* 3. Azeved. *in l. 1. tit.
4. lib. 5. Recop. nu.* 5. Thom.
Sanch. *de matrim. lib. 3. diſp. 18.
num.* 11. Alvar. Valaſc. *conſul-
tat. 182. tom.* 2. Mainard. *deciſ.
92. lib.* 5. Vincent. de Frāchis,
deciſ. 552. cum alijs Iacob
Cancer. *lib. 1. variar. cap. 4. nu.*
92. Carraſco, *ad leg. 41. tit. 4.
lib. 3. Recop. cap. 11. num.* 21. Io-
ſeph Ludovic. commun. *con-
cluſ.* 762. Sebaſtian. Nœvius
*in ſiſtema ad l. hæredes palâm. §.
ſi quid poſt. de teſtam. num.* 9.
9 Verum, quod apud omnes
receptum eſt, & quod natu-
ra ipſa mutari non poteſt,
(cum naturalia firma ſem-
per, & immutabilia perma-
nent) cauſa efficiens, &
præcipua teſtamenti eſt, vo-
10 lūtas ſcilicèt teſtatoris. Men
chaca, *de ſucceſ. creat. lib. 1. §. 2.
num.* 3. Vveſemb. *ad tit. qui
11 teſt. fac. poſs. num.* 8. Sine illa
equidem vbique teſtamen-
tum nullum eſt, quia teſtamē
tum voluntatis eſt ſenten-
tia, & partus *l. 1. ff. de teſtam.*
Et libertas teſtandi homini-
bus iure gentium, & natura-
li competit *l. nec enim. §. depor
tati, ff. de teſtam. Milit. §. quod
vero inſtit. de iure natur. gent. &
civi.* Bartolus *in l. interdum nu.
7. ff. de condit. indebiti.* Viglius.
*in §. ſed prædicta num. 4. inſtit.
de teſtam.* Iaſſon. *in Rubr. ff. de
adquir. hæredit.* Anton. Gom.
lib. 1. var. cap. 1. nu. 2. Valentia
d. cap. 1. num. 3. Requiritur er-
go ad teſtamenti perfectio-
12 nem voluntatem teſtatoris
perfectam fore, nam licèt
proponatur teſtamentum ri
tè factum eſſe; ſi tamen defi-
ciat voluntas teſtatoris nul-
13 lum teſtamentum eſt. Quod
in multis patet, vt in teſta-
mento metu facto, quod ex
defectu voluntatis licèt ritè,
& ſolemniter conditum vi-
deatur, nullum ſit. Immola
in l. 1. num. 4. ff. de teſtamentis.
Baldus *in l. 1. C. ſi quis aliquem
teſtari prohibuerit*, vbi Iaſſon
n. 3. Rubeus *in l. non ſolum, §.
morte n. 222. ff. de novi operis nũ-
tiat.* Petrus Gregorius *lib. 44.
Syntagmat. cap. 6. num.* 2. Spi-
no *in ſpeculo teſtament. gloſſ.
Rubr. 2. part. num.* 5. Menchā-
ca *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17.
requiſ.* 22. Pichardus *in §. actio
nũ n. 26. inſtitu. de actionibus*, Fa
rinacius *2. p. fragmēt. Crimin.*

 verbo